This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Gh
44
478

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Gh 44.478

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. Sophocles of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics), or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books."

OBSERVATIONES
IN ORATIONEM HERODOTEAM.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGA

QUAM SCRIPSIT AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

EX AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
UNIVERSITATIS LITTERARUM
HALENSIS CUM VITEBERGENSI CONSOCIATAE

CAPESSENDOS

FRID. THEOD. RUDLOFF
SAXO-BORUSSUS.

436

HALIS SAXONUM
FORMIS HENDELII
MDCCCLXXIX.

Gh 44.478

HARVARD COLLEGE
AUG 19 1910
LIBRARY

Constantius fund

Cum de aliorum enuntiatorum usu, qualis apud diversos veteres scriptores fuerit, haud pauci virorum doctorum separatim disseruerint, illud tamen genus, quo consecutiva vis continetur, accuratiore studio digna visa non est. Quo factum est, ut paullo diligentius quaererem, quibusnam regulis eae enuntiationes definiantur, unde ortae, quomodo excultae sint. Quam quaestionem in Herodoteo maxime usu versari non mirum erit ei, qui intellexit, id quod Abichtius in praefatione editionis suae confirmat, Herodoti orationem tam certis terminis definitam esse, ut facillime ex se ipsa illustrari possit. Quamquam etiam ceterorum scriptorum usum, quatenus fieri potuit, maxime Homeri et Thucydidis, respiciendum putavi.

Neque solum ipsas consecutivas, quae proprie dicuntur, enuntiationes tractare mihi in animo erat, sed omnino qua ratione Herodotus consecutionem vel effectum significaverit quaerere institui. Eo enim maxime perspicuum fit, quanta adjumenta scriptori lingua ad sententias varie formandas praestiterit.

E libris, quibus in hac quaestione imprimis uti licebat, duos commemoro libellos:

Brandt, De modorum apud Herod. usu. Gymn. progr. Cöthen 1872. 73. (Ibi enim II, p. 4 de sententiarum relativarum genere consecutivo agitur; p. 19. 20, cum ad finem perducenda esset quaestio, enumerati tantum sunt loci, non omnes, sed plurimi, quibus ὥστε et ὡς inveniuntur.)

Wilde, De particula ὥστε. Gymn. progr. Görlitz 1861, cujus disputatio tota in Thucydideo usu versatur.

Cetera suo quaeque loco commemorabuntur.

I.

Quomodo Herodotus consecutionem, omissis enuntiatis consecutivis, expresserit.

Iam solo infinitivo notio effectus inesse potest. Infinitivum enim substantivi verbalis casum vel dativum vel locativum esse, effectum, qui petitur, vel finem propositum significantem, satis perspicue a compluribus viris doctis demonstratum est. (L. Meyer, der Inf. der homer. Spr. 1856. Herzog, d. Synt. d. Inf. 1873. Jolly, Gesch. d. Inf. im Indogerm. 1873). Itaque apud Homerum infinitivus usurpatur maxime post verba, quae aliquam voluntatis speciem indicant (L. Meyer: „Ziel des Wollens.“); deinde etiam post ea, quibus potestatis vel facultatis notio continetur („Richtung der Kraft“). Neque negligendum est, difficile saepe esse iudicatu, utrum consilium quoddam an solus effectus infinitivo indicetur, ita ut hae duae res initio sine discrimine in infinitivo positae fuisse videantur. Iam per se apparet, post verba voluntatis magis consilium, post verba facultatis consecutionem intelligendam esse. Ceterum eo maxime adverbialis infinitivi natura cognoscitur, quod interdum pro eo substantiva, sive nudos casus sive casus cum praepositione iunctos, invenimus, quibus ipsis quoque consilium aut consecutio continetur. Quod, antequam ad infinitivum transeamus, nonnullis exemplis illustremus.

Solo casu dativo ad finem significandum Thucydides usus est (Widmann, de finalium enuntiatorum usu Thucydideo. Dissert. Gött. 1875, p. 7). I, 123 1. *τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ξυναγωνιουμένης, τὰ μὲν φόβῳ, τὰ δὲ ὠφελίᾳ.* VI, 33 2. *πολλῇ στρατιᾷ ὥρμηνται, πρόφασιν μὲν Ἐγεσταίων συμμαχίᾳ καί Λεοντίνων κατοικίσει, τὸ δὲ ἀληθὲς Σικελίας ἐπιθυμίᾳ.* — Apud Herodotum nusquam, quod scio, casus consilium significans praepositione eget.

ἐπὶ c. dat. I, 60. *ἐπὶ τῇ κατόδῳ.* III, 14. *κατίσας ἐπὶ λύμῃ τὸν βασιλέα.*

ἐς: VII. 119. ἔτρεφον ὄρνιθας ἐς ὑποδοχὰς τοῦ στρατοῦ.

ἐπὶ c. acc. VII, 32. ἀπέπεμπε κήρυκας ἐπὶ γῆς αἴτησιν.

Iisdem autem praepositionibus etiam effectus significatur. (Huc pertinere videtur illud Homericum I, 102: εἰς ἀγαθὸν εἰπεῖν = ita ut bene res eveniat.) ἐς: I, 6. κατεστρέψατο ἐς φόρου ἀπαγωγήν. Scriptor enim non tam quid Croesus petiverit, quam quid assecutus sit referre voluit, quamquam Schweighaeuserus aliter sentire videtur; cf. I, 27. II, 182. — III, 4 συνήνεικε δὲ καὶ ἄλλο τι τοιόνδε πρῆγμα γενέσθαι ἐς τὴν ἐπιστράτευσιν ταύτην (= alia res eiusmodi, ut bellum commovere posset). III, 110 ἐς ἀλκὴν ἄλκιμα, pleonastice dictum, sed tamen recte Schweigh. vertit „ad vim repellendam validae.“ IV, 81 ἐς ὄψιν ἀπέφαινόν μοι = ita ut conspicere possem.

Etiam apud posteriores scriptores hunc usum praepositionis ἐς valuisse haec docent exempla (Matth. Griech. Gr. p. 1140): Eur. Bacch. 1161. 62.

τὸν καλλίνικον κλεινὸν ἐξεπράξατε
εἰς γόον, εἰς δάκρυα . . Troad. 1201. 1211.

ἐπὶ c. dat. I, 60. εἰ βούλοιτό οἱ τὴν θυγατέρα ἔχειν γυναῖκα ἐπὶ τῇ τυραννίδι. (Condicio et consecutio coniunctae sunt. Filiam enim ita vel ea condicione ducere poterat, ut tyrannidem occuparet.) cf. Eur. Hipp. S. 11.

ἐπὶ c. acc. VII, 8. συμφέρεται ἐπὶ τὸ ἄμεινον, i. e. ita evenit, ut nobis commodo sit. — Comparantes illud Homer. ἐς ἀγαθὸν εἰπεῖν facile intelligimus maxime verba antecedentia (εἰπεῖν, συμφέρεται) efficere, ut hic consilium, illic effectus significetur.

De infinitivo.

Infinitivum promiscue consilium et effectum significare iam supra commemoratum est. Posteriore demum tempore vel particulis propriis quibusdam vel iustis enuntiationibus notio finalis et consecutiva certius distincta est.

Infinitivum maxime post quaedam verborum genera apud Homerum terminum significare, ad quem actio spectet, L. Meyer l. c. satis aperte demonstravit. Atque cum ille duas maxime clas-

ses constituerit, verba voluntatis et facultatis, etiam nos Herodoteum usum eodem fere modo illustremus.

1. Infinitivus finem voluntatis significans.

a) Verba motum significantia.

Hom. βῆ δ'ἰέναι. ὁρμάω. προΐημι. ἀνίημι. πέμπω (etiam c. dat., ἐς, ἐπί iunctum). Herod. πέμπω, ἐκπέμπω. I, 81. τούτους δὲ ἐξέπεμπε δέεσθαι βωθέειν. VII, 208.

ἀποστέλλω IV, 33. (στέλλω apud Hom. c. praep. iunctum invenimus.) ἀπίημι = dimitto. II, 96. V, 20. VI, 62. 81. ἀνίημι II, 129. (I, 113 πρός, IV, 175 ἐς).

b) v. dandi, frequentissima apud Hom. (praeter δίδωμι commemorandum est ἐάω = überlassen, σ, 420: τὸν ξεῖνον δὲ ἐῶμεν ἐνὶ μεγάροις Ὀδυσῆος Τηλεμάχῳ μελέμεν .). Vix viginti exempla ejus generis apud Herod. inveniuntur. I, 73. παῖδάς σφι παρέδωκε τὴν γλῶσσαν ἐκμαθεῖν. 168. II, 48. 88. 89. 178. III, 119. 128. 159. 160. VI, 23. VIII, 127. 136. IX, 78.

ἑλέσθαι = sumere, eligere, B, 127. Herod. I, 144. VIII, 134 σύμμαχόν μιν εἵλοντο εἶναι.

c) v. incitandi.

Hom. πείθω. ὀτρύνω. κελεύω. ἄνωγα. λίσσομαι. ἐπιτέλλω, alia.

Herod. κελεύω. διακελεύομαι (multis locis). νόμον ἐποιήσαντο I, 82. cf. VIII, 41.

ἐπαίρω = incitare I, 87 (cf. Eur. Suppl. 581 ὥστε c. inf.) ἐνάγειν, V, 104. IV, 79. V, 49. (III, 1 dat. IV, 145 ὥστε c. inf.) παρηγορέω et παρηγορέομαι V, 104, VII, 13. IX, 55. παραινέω IX, 79. προστάττω I. 92. ἐπιστέλλω VI, 97. — Frequentissimum omnibus temporibus erat πείθειν. I, 97 πείθουσι ἑωυτοὺς βασιλεύεσθαι. I, 154. II, 152. III, 119. 148. VII, 139. VIII, 143 (ἀναπείθω). ἀναγιγνώσκω = persuadeo I, 87. V, 106. προτίθημι (proponere) IX, 27. 94. III, 38. ἀνατίθημι (imputare alicui aliquid) II, 134. προσδέομαι — Huc pertineret περιέχομαι IX, 57: περιείχετο αὐτοῦ μένοντας μὴ ἐκλιπεῖν, si recte Passowius significationem verbi indicavisset „dringend bitten", quod a solita verbi notione discrepat. Sed cum aliis locis significet „adhaerescere", rectius Schweighaeuserus explicat

„circumplecti, studiose velle"; similiter Abichtius: „sich fest anklammern (hier: an den Gedanken)".

σημαίνω = imperare IX, 62. V, 35 (bis).

συνέπαινός εἰμι VII, 15. *ὄνειρον φαντάζεταί μοι οὐδαμῶς συνέπαινον ἐὸν ποιέειν με ταῦτα.* Schweighaeus. scripsit *συνεπαινέον* secundum nonnullos codd., illud tamen praeferam, cum verbum *συνεπαινέω* apud Herodotum nusquam, *συνέπαινον εἶναι* autem compluribus locis inveniatur.

ἀναιρέω = oraculo sancire I, 13. II, 52. VI, 69. Alterum autem verbum *χρᾶν* = oraculum edere, apud Herod. c. inf. iunctum nusquam me legere memini, cum alii scriptores frequentissime ea structura utantur. (Aesch. Eum. 193 *ὥστε* c. inf.)

d) v. cogendi.

Hom. *χρή. θέμις ἐστίν.*

Herod. *ἀναγκάζω* (duobus tantum locis). V, 101: *ἠναγκάζοντο ἀμύνεσθαι.* VII, 108: *στρατεύεσθαι ἠνάγκαζε.* — *κατέχεσθαι* I, 29. *ἀνάγκη ἐστί, ἀναγκαίη ἐνδεῖν,* similia. I, 11. II, 22. 152. VII, 229. VIII, 140. 144.

e) v. efficiendi.

Hom. *ποιέω ψ,* 528. — *τίθημι ζ,* 229. — *παρέχω δ,* 89.

Herod. *ποιέω* I, 75. *λέγεται Θαλῆν ποιῆσαι τὸν ποταμὸν ἐκ δεξιῆς ῥέειν.* 191. 210. II, 51. VII 46. — *παρέχω* (IX, 87 *ἐς*) IV, 141 *νέας παρεῖχε διαπορθμεύειν τὴν στρατιήν.* Minus tamen huc referendum est IX, 17: *κρέσσον γὰρ ποιεῦντάς τι καὶ ἀμυνομένους τελευτῆσαι τὸν βίον, ἤπερ παρέχοντας διαφθαρῆναι αἰσχίστῳ μόρῳ.* Sensus enim est „quam patienter omnia ferentes nefarie interire". — Saepius autem *παρέχει* idem est quod „contingit, obvenit", de quo infra disputabimus. — *μετίημι* = concedere (Hom. P, 418 = permittere. N, 234 = desinere, cf. Her. I, 78.) I, 37 *ἐμὲ μέτες ἰέναι.* 40. (Etiam hoc verbum initio motum indicasse apparet.)

αἴτιός εἰμι II, 20. *παρασκευάζεσθαι* = aliquid ita instituere, ut . . II, 121, 1: *τῶν λίθων παρασκευάσασθαι ἕνα ἐξαιρετὸν εἶναι. γνώμην νικᾶν* I, 61.

Similiter negative dicitur *φυλάσσειν* I, 65. *ἐφύλαξε αὐτὰ (τὰ νόμιμα) μὴ παραβαίνειν.*

f) v. contentionis.

Hom. νοέω (λ, 62 οὐκ ἐνόησα = ἐκλανθάνομαι κ, 557.) ὁρμαίνω, ὁρμάω. φρονέω (χ, 51 ἄλλῃ). βουλεύω = decerno. μένω, ὑπομένω. ὤφελον.

Herod. ἐπινοέω. φρονέω. (Sed VI, 97 = sapio, nam inf. σίνεσθαι ab altero verbo ἐπέσταλται pendet) περιέχεσθαι, προσθυμεῖσθαι, πρόθυμός εἰμι. ἐπέχω. ὀργάω. μεταβουλεύομαι (VIII, 57 ὥστε c. inf.). ἑλέσθαι V, 22. IX, 33 περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι. ὁρμάομαι III, 50. IX, 61. VII, 1. 19. σπεύδω = id agere, ut.. (c. acc. = alquid agitare, Hom. N. 326. τ, 137.) Hom. Δ, 225 ἐς μάχην, Her. IX, 101. — Inf.: Hes. op. 671. Herod. I, 74 ἔσπευσαν εἰρήνην ἑωυτοῖσι γενέσθαι. VIII, 41. συσπεύδω I, 92. — ἄρτιος, ἑτοῖμός εἰμι I, 42. 113. V, 15. 91. III, 137. 145. VI, 5. IX, 46. αἱρεῖσθαι τὴν γνώμην = dafür stimmen. Similia sunt: V, 126 αὐτῷ ἡ πλείστη γνώμη ἦν . . ἀπάγειν. VIII, 100. πλέον ἔφερέ οἱ ἡ γνώμη κατεργάσασθαι τὴν Ἑλλάδα.

Negative: Hom. ἀναίνομαι Σ, 500. Herod. ἀναβάλλομαι V, 49. VI, 88. IX, 8.

2. Infinitivus facultatis effectum significans.

Kuehnerus p. 580 verba efficiendi et voces facultatem aliquam indicantes tamquam paria composuit eodemque capite tractavit, quod mihi minus probandum videtur. Nam verba efficiendi potius quid consequi velimus, alterum autem genus verborum quid possimus efficere exprimunt.

Hom. δύναμαι οἷος, οἷός τέ εἰμι. οἶδα = calleo. ἔχω Π, 110.

. . οὐδέ πῃ εἶχεν
ἀμπνεῦσαι . . . Ω, 242. σ, 364.

ἔστι = fieri potest ο, 392. N, 787. οὐ μῆχός ἐστι = fieri non potest I, 250:

. . οὐδέ τι μῆχος
ῥεχθέντος κακοῦ ἔστ' ἄκος εὑρεῖν . .

Accedunt multa adiectiva, ut ῥηίδιος M, 54. τάφρος περῆσαι ῥηιδίη. Σ, 258. ἀλεγεινός K, 402. ἀγαθός ρ, 347. κρείσσων φ, 345.

μῆτερ ἐμή, τόξον μὲν Ἀχαιῶν οὔτις ἐμεῖο
κρείσσων, ᾧ κ' ἐθέλω, δόμεναί τε καὶ ἀρνήσασθαι.

Herod. *δύναμαι, δυνατός εἰμι.* I, 97. II. 53: *οὐκέτι εἶναι δυνατὸς τ.' πρήγματα ἐπορᾶν.* 154. VIII, 22. *δύναμιν ἔχω* II, 19. Certe simillima sunt *ἡλικίην ἔχειν* I, 209, *φύσιν ἔχειν* II, 45. — *οἷός τέ εἰμι* II, 14. 19. *δίκαιός εἰμι* = ius ac potestatem habeo. I, 32 *οὗτος παρ' ἐμοὶ τὸ οὔνομα τοῦτο δίκαιός ἐστι φέρεσθαι.* — *ἔστι* = licet, ut apud Hom. II, 160 *Ἠλείων μηδενὶ εἶναι ἀγωνίζεσθαι.* IV, 77. V, 17. II. 136. (Soph. Phil. 656 *ὥστε* c. inf.) *πάρεστι* VII. 10, 2. *ἔξεστι* VIII, 134. *παρέχει.* (Negative: *οὐδεμία μηχανή ἐστι . .*) *ἔχω* = possum. V, 35 *οὐκ εἶχε τὴν ὑπόσχεσιν ἐκπληρῶσαι.* 36. VII, 26. VIII, 87. — Adiectiva, quae apud Hom. haud raro reperiuntur, Herod. frequentius usurpavit; primum ea, quae utilitatem significant. *ἱκανός εἰμι* VIII, 36. *φερέγγυος* = idoneus V, 30. VII, 49. (*ἱκανός* apud Plat. c. *ὥστε* iunctum). *εὐπετής* III, 120: *εὐπετέα χειρωθῆναι.* V, 31. *ἐπιτήδειος*, maxime superlat. VI, 102. VII, 25, 59. VIII, 49. IX, 1. 2. *ἐπιτήδ. ἐνστρατοπεδεύεσθαι.* IX, 7 *ἐμμαχέσασθαι.* VII, 59 *ἐνδιατάξαι* (Kuehn. p. 584). — Negative: *ἄπορος* IV, 46. IX, 49. *βαρύς* IV, 150: *ἐγὼ μὲν πρεσβύτερός τε ἤδη εἰμὶ, καὶ βαρὺς ἀείρεσθαι.* — *κακός* VI, 108. *ἥσσων* III, 105. VII, 207: *ὡς ἐόντων αὐτῶν ὀλίγων στρατὸν τῶν Μήδων ἀλέξασθαι.* (Contra *ἀγαθός* I, 193: *χώρη ἀγαθὴ ἐκφέρειν καρπόν.*)

E verbis huc referenda sunt: *καλλιερέω* VI, 76 *οὐ γὰρ ἐκαλλίρεε διαβαίνειν μιν.* (IX, 38 *ὥστε*). *ἐκχράω* VIII, 70 *οὐκ ἐξέχρησέ σφι ἡ ἡμέρη ναυμαχίην ποιήσασθαι.* *ἀποχράω* I, 66. VI, 137. *ταῦτά σφι οὐκ ἀποχρᾶν . . ποιέειν.* IX, 79. I, 66. Passivum: I, 102. VIII, 14. *καταχράω* IV, 118.

In aliis quibusdam exemplis potius nexu sententiarum quam ipsis verbis indicatur, aliquid aptum esse ad aliquam rem. IV, 53 *πίνεσθαι ἥδιστος.* II, 137 *ἡδονὴ ἰδέσθαι.* I, 198 *ὁμοίη τῇ ἀρίστῃ γεῶν . . ἐκφέρειν.* IV, 144 *καλλίονος παρεόντος κτίζειν χῶρον.*

Iam si quaerimus, utrum his infinitivis significetur, finis an consecutio, facile cognoscimus, hoc plerumque in praecedentibus verbis positum esse. Nam post verba, quae voluntatem indicant, consilium significari apparet. Verumtamen cavendum est ne nimis

confidenter in hac re procedamus. Certe enim post omnia eiusmodi verba finis, ad quem actio spectat, indicatur; neque vero constat, utrum illud a praecedente subjecto sit petitum, an significetur, quid postea eveniat vel evenire possit. Atque iis quidem verbis, quae motum indicant, nihil nisi consilium significari nemo negaverit. Quare non mirum est, nunquam post eiusmodi verba pro solo infinitivo particulam ὥστε inveniri. Aliter autem post ceteras classes verborum voluntatem indicantium res se habet. Facile enim dici potest: „Do aliquid, ita ut res eveniat". — „Persuadeo alicui, ita ut aliquid faciat". Quae solo infinitivo non satis certe distinguuntur. Idem de verbis cogendi, efficiendi, contentionis iudicandum est, quibus omnibus nonnunquam part. ὥστε adiungitur. Neque quisquam comparans locum, quem supra commemoravimus, II, 20 *τοὺς ἐτησίας ἀνέμους εἶναι αἰτίους πληθύειν τὸν ποταμόν*, putet, ventis ut inanimis rebus consilium aliquod tribuendum esse ea de causa, quod verbum efficiendi praecedat. Saepius etiam v. cogendi consilii notione egent, neque dubium est, quin plurimi loci, quos supra sub f. attulimus, interpretandi sint „ita, ut . ."

Minus etiam vis subjectiva, ut ita dicam, verbis alterius classis, facultatem aptam vel sufficientem ad aliquid significantibus, inest; quare infinitivos eiusmodi sententiarum facile consecutivo generi tribuemus. Ibi vero haud scio an potius medium quoddam statuamus inter finem vel consilium et consecutionem. Neque enim intelligitur finis petitus; nec tamen solum id, quod sequitur, sed potius finis in ipsa re positus, cui res aliqua conveniens et accommodata est, quod nos dicimus „Zweckmässigkeit". — Etiam haec verba saepius particulam ὥστε sequi constat.

Apertius vis consecutiva tertia quadam classe, verbis accidendi, continetur, quorum apud Homerum ne unum quidem exemplum exstare videtur.

3. Infinitivus post verba accidendi.

Herod. *ἐκγίγνεται* ad significationem verborum facultatis prope accedit. Etiam Abichtius ad I, 78 *ἀπικομένοισι δὲ οὐκ ἐξεγέ-*

νετο Κροίσῳ ἀπαγγεῖλαι explicat ἐκγίγν. verbo ἐξῆν. Similiter III, 142. V, 51. 105. VII, 4. IX, 23.

Cetera sunt haec:

a) Transitiva. συμφέρω, καταλαμβάνω. (Haec duo frequentissime usurpata.)

b) Intransitiva. συμπίπτο, συμβαίνω, συγκυρέω.

συμφέρω.

I, 19. συνηνείχθη τι τοιόνδε γενέσθαι πρῆγμα.

73. συνήνεικε ἐλεῖν σφεας μηδέν.

II, 111. συνενειχθῆναι δέ οἱ τυφλὸν γενέσθαι.

III, 129. συνήνεικε τὸν βασιλέα στραφῆναι τὸν πόδα.

V, 12. Δαρεῖον δὲ συνήνεικε ἐπιθυμῆσαι.

VI, 23. 86, 1. 117. VII, 4. 10, 2. 117. VIII, 88.

καταλαμβάνω.

III, 65. καταλελάβηκέ με, τὸ πάντων μάλιστα ἔκρυπτον, πρηγμάτων, τοῦτο ἐς ὑμέας ἐκφῆναι. 118. 149. IV, 105. VI, 38. 103. VIII, 55. IX, 105.

συμπίπτω.

I, 139. καί τόδε ἄλλο σφι ὧδε συμπέπτωκε γίνεσθαι.

V, 35. συνέπιπτε γὰρ καὶ τὸν ἐστιγμένον τὴν κεφαλὴν ἀπῖχθαι ἐκ Σούσων.

συμβαίνω.

VI, 103. αὐτῷ Ὀλυμπιάδα ἀνελέσθαι συνέβη. VII, 166. IX, 101.

συγκυρέω.

IX, 90. τῆς αὐτῆς ἡμέρης συνεκύρησε γενέσθαι (τρῶμα) καὶ ἐν Μυκάλῃ.

Post συμφέρω, συμπίπτω, συμβαίνω part. ὥστε c. inf. interdum, multo tamen rarius quam solus inf. invenitur.

Interdum infinitivo terminus significatur, non praecedente eiusmodi verbo, qualia adhuc enumeravimus, ita ut e tota sententia talis notio sequatur. Sed in plurimis exemplis consilium indicatur.

I, 176. ὑπῆψαν τὴν ἀκρόπολιν πᾶσαν καίεσθαι.

VII, 51. κατεστρέψατο δασμοφόρον εἶναι. Certe sensu finali: VIII, 121. τὴν μὲν ἐς Ἰσθμὸν ἀναθεῖναι . . τὴν δὲ . .

IX, 34. *ἐμισθοῦντο παῦσαι.* 99. *σονεφόρησαν τὰ γέρρα ἕρκος εἶναί σφι.*

Nec desunt loci, quibus praecedens pronomen aut adverbium demonstr. sequente infinitivo quem dicimus epexegeticum accuratius definitur. Iam apud Homerum saepissime inf. apponitur pronominibus *οὗτος. ὅδε*, adverbiis *ὧδε, οὕτως, ὥς. ϑ*, 405. *οὕτω Ζεὺς ϑείη, οἴκαδε ἐλϑέμεναι. B*, 286. *οὐκ ἐκτελέουσιν ὑπόσχεσιν, ἥν ὑπέσταν, ἀπονέεσϑαι.* (Multa exempla collegit Aulin, de usu epexegesis in Hom. carm. Dissert. Upsal. 1858).

Herod. VII, 235. *κέρδος μέζον ἔφη εἶναι . . κατα τῆς ϑαλάσσης καταδεδυκέναι μᾶλλον . .*

II, 136. *τήνδε ἐπεῖναι ζημίην μὴ ἀποδοῦναι τὸ χρέος.*

VI, 23. *μισϑὸς δέ οἱ ἦν εἰρημένος ὅδε . . λαβεῖν.*

85. *ὁμολογίῃ δὲ ἐχρήσαντο τοιῇδε . . Λευτυχίδην ἀποδοῦναι.*

111. *ὁ νόμος εἶχε οὕτω . . τὸν πολέμαρχον ἔχειν κέρας τὸ δεξιόν.*

III, 118. *ὁ νόμος οὕτω εἶχε . . . ἔσοδον εἶναι.*

VI, 108. *ἐπὶ τοισίδε . . ἐᾶν Θηβαίους . .*

IX, 26. *ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε . . κατιέναι Ἡρακλείδας.*

Hic infinitivi usus minus iam termini vel finis notionem exhibet et apud Atticos, cum magis ad similitudinem casus cuiuslibet conformatus esset, multo majore varietate usus eius insignis est.

II.
De ipsis enuntiatis consecutivis.
a) ὥστε c. inf.

Post varia verborum genera, quae supra enumeravimus, nonnunquam particulam *ὥστε* infinitivo appositam invenimus. Quaeritur igitur, utrum hoc additamento aliud quiddam significetur atque nudo infinitivo, necne. Atque ad vim ac notionem particulae *ὥστε* accuratius definiendam certe ei quoque loci cognoscendi sunt, quibus illa cum verbo finito coniuncta est. Id vero iam hic confirmare licet (de quo plurimi viri docti consentiunt), discrimen inter inf. et *ὥστε* c. inf. nullum fere esse. Quod Home-

ricis quoque duobus exemplis, quibus ὥστε c. inf. iunctum invenitur, cognoscitur.

I, 43. εἰ δέ σοὶ αὐτῷ θυμὸς ἐπέσσυται, ὥστε νέεσθαι.
ubi Lehrsius (De Arist. stud. Hom. p. 160). ἀπονέεσθαι contra codd. proposuit.
ρ, 21. οὐ γὰρ ἐπὶ σταθμοῖσι μένειν ἔτι τηλίκος εἰμί,
ὥστ' ἐπιτειλαμένῳ σημάντορι πάντα πιθέσθαι..

Alterum horum versuum Lehrsius spurium esse putabat, ne hic quidem recte iudicans. Minime enim eo, quod duobus tantum locis ea constructio exstat, omnino eam delendam esse sequitur, praesertim cum etiam aliis antiquorum scriptorum locis reperiatur. Immo iisdem illis exemplis quasi origo eius scructurae continetur. Alias enim Homerum infinitivo solo usum esse satis constat.

De priore loco I, 43 etiam Matth. p. 1037 dubitavit, an verbum ἐπέσσυται absolute intelligendum sit = „wenn dein Inneres aufgeregt ist, so dass du zurückkehrest". Repugnat tamen usus eius verbi, semper finem, qui petitur, significans (ἀγορήνδε Β, 208. νῆάδε ν, 19, all.) Solus inf. exstat Φ, 691 ὁ δ' ἐπέσσυτο διώκειν. Semel quidem absolute dictum videtur, Α, 173:

φεῦγε μάλ', εἴ τοι θυμὸς ἐπέσσυται, sed eo loco certe supplendus est infinitivus (φεύγειν)„ qui re vera positus est I, 398. Apertius consilium indicatur part. ὄφρα Ζ, 361, quae etiam post λίσσομαι et alia eiusmodi verba, quae saepius infinitivus sequitur, exstat. Quod tamen Kuehnerus censet (p. 895, A. 3), particulas ἵνα, ὡς, ὄφρα apud Hom. saepius id significare, quod apud posteriores scriptores part. ὥστε exprimatur („zu erwartende oder mögliche Folge"), non puto id locis ab illo allatis satis comprobari. Nil enim impedit quominus ι, 155 (ὦρσαν δὲ Νύμφαι . . αἶγας ὀρεσκῴους, ἵνα δειπνήσειαν ἑταῖροι) Nymphis tale consilium tribuatur; ac similiter ceteris locis.

Neque opus erat talibus particulis, cum ipse infinitivus finem vel terminum exprimeret. Ita inf. νέεσθαι in priore illorum locorum a primaria enuntiatione pendet, neque particulae ὥστε ulla vis maior est tribuenda.

De altero loco, quem Kuehnerus attulit, ρ, 21, quaeritur, quo-

modo duo infinitivi interpretandi sint. Ac primum quidem dubium non videtur, *μένειν* a *τηλίκος* pendere, similiter ac pronomina *τοιοῦτος, τοιόσδε, τόσος* saepius inf. sequitur. Tum vero quid de altero inf. cum *ὥστε* iuncto iudicandum est? Cum iam infinitivo *μένειν* consecutio contineatur, verisimile est his verbis alteram consecutionem significari et *ὥστε* (*ὥσ τε*) idem esse quod *καὶ ὥς*, quod primam propriamque eius particulae notionem esse infra demonstrabitur.

Praeter hos duos locos notandi sunt:

Hymn. in Apoll. 530.

οὔτε τρυγηφόρος ἥδε γ'ἐπήρατος οὔτ' εὐλείμων,
ὥστ' ἀπό τ' εὖ ζώειν . .

Baumeisterus vertit: hic ager talis est, ut non possimus victum ex eo commode capere.

Hes. op. 44.

ῥηϊδίως γάρ κεν καὶ ἐπ' ἤματι ἐργάσσαιο,
ὥστε σέ κ' ἐς ἐνιαυτὸν ἔχειν καὶ ἀεργὸν ἐόντα.

Theog. 831. . . *ἄλλοτε μὲν γὰρ*
φθέγγονθ' ὥστε θεοῖσι συνιέμεν, ἄλλοτε δ'αὖτε.
ταύρου ἐριβρύχεω . .

Göttlingius, qui vertit „zum Verständniss für die Götter,“ particulam *ὥστε* praepositionem existimat = usque ad . ., non curans, talem versionem ad infinitivum quidem accommodatam esse, minime tamen ad alteram structuram part. *ὥστε*, cum verbo finito. Kuehnerus p. 1001 dativum *θεοῖσι* cum *φθέγγ.* jungit; nullis tamen exemplis aliorum antiquioris aetatis scriptorum nisus, qui *φθέγγεσθαι* cum praepos. *πρός*, *εἰς* iungunt. Neque negari potest, dativum verbo *συνιέμεν* adiungere paulo durius videri. Sed utut res se habet, id certum est, inf. *συνιέμεν* terminum indicare, part. *ὥστε* non desiderari.

Poetarum elegiacorum et lyricorum haec exempla afferantur:

Cleobul. fr. 1. (Bergk p. 440.)

Ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα
οὕτω συγκόλλως ὥστε σύναιμα ποιεῖν.

Theogn. 414. 414.

Πίνων δ' οὐχ οὕτως θωρήξομαι, οὐδέ με οἶνος ἐξάγει, ὥστ' εἰπεῖν δεινὸν ἔπος περὶ σοῦ.

500—502. . . *ἀνδρὸς δ'οἶνος ἔδειξε νόον, καὶ μάλα περ πινυτοῦ, τὸν ὑπὲρ μέτρον ἤρατο πίνων, ὥστε καταισχῦναι καὶ πρὶν ἐόντα σοφόν.*

917—19.

ἀλλὰ πρὶν ἐκτελέσαι κατέβη δόμον Ἄϊδος εἴσω, χρήματα δ' ἀνθρώπων οὐπιτυχὼν ἔλαβεν, ὥστ' ἐς ἄκαιρα πονεῖν καὶ μὴ δόμεν ᾧ κ' ἐλέλῃ τις.

1363. *οὐδέ με πείσει οὐδεὶς ἀνδρώπων ὥστε με μή σε φιλεῖν.*

1388. *οὐδέ τίς ἐστιν οὕτως ἴφθιμος καὶ σοφὸς ὥστε φυγεῖν.*

Alc. fr. 11. (Bergk III, p. 934)

ὥστε θέων μηδέν' Ὀλυμπίων λῦσαι ἄτερ Ι'έδεν.

Ex Pindari carminibus Dammius (Lex. s. v. *ὥστε*) septem locos exhibet, notans *ὥστε* semper particulam similitudinis esse, excepto Hom. I, 42. et *ρ*, 21, quem usum deinde recentiores magis frequentaverint. Eorum autem septem locorum, quibus apud Pindarum *ὥστε* effectum significare Dammius censet, tres modo huc pertinent: reliqui enim comparationem indicant.

Nem. 5, 1.

Οὐκ ἀνδριαντοποιός εἰμ', ὥστε ἐλινύσοντα ἐργάζεσθαι ἀγάλματ' . .

ib. v. 50. *εἰ δὲ Θεμίστιον ἵκεις, ὥστ' ἀείδειν* . .

Ol. 9, 74. . . *ὥστ' ἔμφρονι δεῖξαι μαθεῖν Πατρόκλου βιατὰν νόον.*

Apud Aeschylum triginta fere locis *ὥστε* c. inf., nusquam *ὥστε*, ter tamen *ὡς* c. verbo finito inveniri, Dindorfius in Lex. adnotavit.

Iam ad Herodoti usum transeamus. Atque nihil interesse, utrum inf. an *ὥστε* c. inf. positum sit, ex iis maxime locis intelligitur, quibus post idem verbum varia exstat structura.

πείθω.

VI, 5. *οὐ γὰρ ἔπειθε τοὺς Χίους ὥστε ἑωυτῷ δοῦναι νέας.*

ib. *καὶ ἔπεισε Λεσβίους δοῦναί οἱ νέας.*

ἀναπείθω.

VII, 6. *ἀνέπεισε Ξέρξεα ὥστε ποιέειν ταῦτα.*

V, 104. *ἀνέπειθε συναπίστασθαι.*

ἐνάγω.

IV. 145. *μάλιστα δ' ἐνῆγέ σφεας ὥστε ποιέειν ταῦτα.. ἡ ναυτιλίη.*

79. *θεὸν, ὅστις μαίνεσθαι ἐνάγει ἀνθρώπους.*

V, 49. *τῶν πέρι καί τινα ἐνάγει προθυμίη μαχόμενον ἀποθνήσκειν.*

μεταβουλεύομαι VIII, 57. VII, 12.

καλλιερέω IX, 38. VI, 76.

Sunt omnino octoginta loci Herodotei, in quibus *ὥστε*, quinque, quibus *ὡς* c. inf. iunctum est; e quibus triginta tres verbum vel vocem aliquam alias cum inf. solo iunctam exhibent. Hos primos referamus, secundum classes supra constitutas.

1. a) Nullum exstat exemplum.

b)

III, 15. *ἀπέλαβε ἂν Αἴγυπτον, ὥστε ἐπιτροπεύειν αὐτῆς.*

c)

IV, 145. *ἐνῆγέ σφεας ὥστε ποίεειν ταῦτα.*

VI, 5.
VII, 6. } iam supra commemorati.

V, 105. *ἡγεμόνα γενέσθαι τῆς συλλογῆς, ὥστε ταῦτα σονυφανθῆναι..*, ubi *ὥστε* c. inf. praecedenti genitivo consentaneum esse videtur.

VIII, 57. *οὔτε σφέας Εὐρ. κατέχειν δυνήσεται, οὔτε τις ἄλλος, ὥστε μὴ οὐ διασκεδασθῆναι τὴν στρατιήν.*

d) Nullum exstat exemplum.

e)

I, 9. *ἀρχὴν γὰρ ἐγὼ μηχανήσομαι οὕτω, ὥστε μηδὲ μαθεῖν μιν ὀφθεῖσαν ὑπὸ σεῦ.*

82. *ἐνθαῦτα συνέβησαν ἐς λόγους συνελθόντες, ὥστε τριηκοσίους ἑκατέρων μαχέσασθαι.*

98. *καὶ τὸ χωρίον συμμαχέει, κολωνὸς ἐὸν, ὥστε τοιοῦτο εἶναι.*

IV, 136. *τὸν δὲ πρότερον ἐόντα ὑμέων δεσπότην ἡμεῖς παραστησόμεθα οὕτω, ὥστε ἐπὶ μηδαμοὺς ἔτι ἀνθρώπους αὐτὸν στρατεύσασθαι.* (Chion. ep. 3 cum inf. solo.)

f)

III, 48. *συνεπελάβοντο δὲ τοῦ στρατεύματος τοῦ ἐπὶ Σάμον ὥστε γενέσθαι καὶ Κορίνθιοι προθύμως.*

V, 65. *παρέστησαν δὲ ἐπ' οἷσι ἐβούλοντο οἱ Ἀθηναῖοι, ὥστε ἐν πέντε ἡμέρῃσι ἐκχωρῆσαι ἐκ τῆς Ἀττικῆς.*

VII, 9, 2. *οὐκ ἦλθον ἐς τούτου λόγον ὥστε μάχεσθαι.*

VIII, 57. (*μεταβουλεύεσθαι*, v. supra.)

2. (verba facultatis).

II, 71. *τὸ δέρμα δ' αὐτοῦ οὕτω δή τι παχύ ἐστι, ὥστε αὔου γενομένου ξυστ' ποιέεσθαι ἀκόντια ἐξ αὐτοῦ.*

158. *εὖρος δὲ ὠρύχθη ὥστε τριήρεας δύο πλέειν ὁμοῦ ἐλαστρεομένας.*

IV, 198. *Δοκέει δέ μοι οὐδ' ἀρετὴν εἶναί τις ἡ Λιβύη σπουδαίη ὥστε ἢ Ἀσίῃ ἢ Εὐρώπῃ παραβληθῆναι.*

V, 30. *δύναμιν τοσαύτην ὥστε κατάγειν.*

IX, 38. *ἐκαλλίρεε ὥστε μάχεσθαι.*

ὡς:

II, 135. *μεγάλα ἐκτήσατο χρήματα . . ἀτὰρ οὐκ ὥς γε ἐς πυραμίδα τοιαύτην ἐξικέσθαι.*

VII, 24. *ὀρύσσειν διώρυχα, εὖρος ὡς δύο τριήρεας πλέειν.*

Negativo sensu: I, 189. *οὕτω δή μιν ἀσθενέα ποιήσειν ὥστε καὶ γυναῖκάς μιν διαβήσεσθαι.* II, 7. *καταδεῖ πεντεκαίδεκα σταδίων ὡς μὴ εἶναι πεντακοσίων καί χιλίων.* (Locus huc pertinet, quia sensus est: Iter non satis longum est ad . .)

Huc referendi sunt etiam loci, in quibus post comparativum *ἢ ὥστε* c. inf. exstat.

III, 14. *τὰ μὲν οἰκήϊα ἦν μέζω κακὰ ἢ ὥστε ἀνακλαίειν.*

VII, 22. *εἰ ὑπ' ἀναγκαίης μέζονος κατέζευχθε ἢ ὥστε ἀπίστασθαι.*

Non opus est cum Kuehnero p. 1004 interpretari „schwerer als in einer solchen Weise, wie ich sie beweinen könnte.“ Ut enim positivus cum inf. iunctus est IV, 150. VII, 207, ita etiam hoc loco sensus est: „Das häusliche Unglück war schwerer als zum Beweinen, für das Beweinen nicht geeignet.“ Sufficeret igitur infinitivus vel *ὥστε* c. inf. Quod autem post comparativum part. *ἤ*

maxime in usu erat, in hac quoque structura ei locus datus est. Neque desunt exempla, quibus omissa part. ὥστε solum ἤ c. inf. exstat. (Soph. Oed. T. 1293.)

3. (verba accidendi).

III, 14. συνήνεικε ὥστε τῶν συμποτέων οἱ ἄνδρα παριέναι.

71. ἐπείτε δὲ συνήνεικε ὥστε καὶ ὑμέας εἰδέναι.

VIII, 90. συνήνεικε οὕτω ὥστε τοὺς στρατηγοὺς μὴ ἀπολέσθαι.

I, 74. συνήνεικε ὥστε τῆς μάχης συνεστεώσης τὴν ἡμέρην ἐξαπίνης νύκτα γενέσθαι.

VIII, 15. συνέπιπτε ὥστε ταῖς αὐταῖς ἡμέραις τὰς ναυμαχίας γίνεσθαι. VIII, 132. 141. 88.

Ut solum infinitivum, ita etiam inf. cum part. ὥστε saepissime pronomen vel adverbium demonstrativum antecedit. Quod cum iam locis supra enumeratis nonnunquam acciderit, nunc cetera eiusmodi exempla afferamus.

οὕτω, ὥστε.

I, 212. μαίνεσθε οὕτω, ὥστε ἐπαναπλέειν ὑμῖν ἔπεα κακά.

IV, 46. τὸ δὲ μέγιστον οὕτω σφι ἀνεύρηται, ὥστε ἀποφυγέειν μηδένα . .

VIII, 138. οὕτω ἐῤῥύη, ὥστε τοὺς ἱππέας μὴ οἵους τε γενέσθαι διαβῆναι.

IX, 61. 70. VIII, 144.

τοσοῦτος.

I, 107. οὐρῆσαι τοσοῦτον, ὥστε πλῆσαι . .

IV, 160. ἐνίκησαν τοσοῦτο, ὥστε . . πεσέειν.

τοῦτο.

V, 92. εἰ γάρ δὴ τοῦτόγε δοκέει ὑμῖν εἶναι χρηστὸν ὥστε τυραννεύεσθαι. II, 126.

Restant ii loci, in quibus nullo verbo aut demonstrativa voce praecedente consecutionis ratio potius nexu sententiarum efficitur. E quibus primum eos commemoramus, in quibus οὕτω ὥστε, nulla interpunctione diremta, quasi in unum coniuncta sunt; deinde eos, in quibus ὥστε idem valere videtur, quod οὕτω ὥστε.

VIII, 27. *τούτους ἐφοβήθησαν, οὕτω ὥστε κρατῆσαι Φωκέας*

IX, 37. *ἀπέδρη . . οὕτω ὥστε τρίτῃ ἡμέρῃ γενέσθαι ἐν Τεγέῃ.*

73. *ἀτελείη τε καὶ προεδρίη διατελέει ἐοῦσα, οὕτω ὥστε . . ἀποσχέσθαί.*

ὥστε = *οὕτω ὥστε.*

I, 17. *τῆς γὰρ θαλάσσης Μιλήσιοι ἐπεκράτεον, ὥστε ἐπέδρης μὴ εἶναι ἔργον.*

116. *ἐγὼ ταῦτα ποιήσω, ὥστε σὲ καὶ τὸν παῖδα μηδὲν ἐπιμέμφεσθαι.*

II, 172. *τοιούτῳ τρόπῳ προσηγάγετο τοὺ Αἰγυπτίους, ὥστε δικαιοῦν δουλεύειν.* III, 67. IV, 50. VI, 18. 126. VII, 13. 117. 175. VIII, 19. 52. 92.

IX, 13. *ἀπάλλαξις οὐκ ἦν, ὅτι μὴ κατὰ στεινὸν, ὥστε καὶ ὀλίγους σφέας ἀνθρώπους ἴσχειν.*

60. *συνοίδαμεν δὲ ὑμῖν . . ἐοῦσι προθυμοτάτοισι, ὥστε καὶ ταῦτα ἐσακούειν.* 61. 94.

Postremo ponantur ii loci, in quibus enuntiatio consecutiva cum praecedentibus minus arcte cohaerens paene primariae sententiae vice fungi videtur, quod saepius etiam graviore interpunctione significatur.

II, 79. *τὸν οἱ Ἕλληνες ἀείδουσι· ὥστε πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀποθωμάζειν με . .*

VII, 20. *στόλων μέγιστος οὗτος ἐγένετο· ὥστε μήτε τὸν Δαρείου μηδὲν φαίνεσθαι.*

130. *τὸν ποταμὸν παρατρέψαντα, ὥστε Θεσσαλίην πᾶσαν ὑπόβρυχα γενέσθαι.*

VIII, 96. *ἄνεμος ζέφυρος ἔφερε ἐπὶ τὴν ἠιόνα, ὥστε ἀποπεπλῆσθαι τὸν χρησμόν.* 106. 103. IX, 100.

Propter orationem obliquam infinitivus positus esse videtur II, 126. 141. III, 23. VIII, 84.

ὡς (praeter tres locos, quos supra commemoravimus) legitur:

III, 146. *Μαιάνδριος δὲ ὑπέλαβε τὸν λόγον, ὡς μὲν ἐγὼ δοκέω, οὐκ ἐς τοῦτο ἀφροσύνης ἀπικόμενος, ὡς δόξαι . .*

IV, 184. *ὑψηλὸν δὲ οὕτω δή τι λέγεται ὡς τὰς κορυφὰς αὐτοῦ οὐκ οἷά τε εἶναι ἰδέσθαι.* (Or. obl.!)

Quaerentibus nobis, num hoc toto enuntiatorum consecutivorum genere consilium quoddam contineatur, diversa virorum docto-

rum de eá re iudicia non sunt negligenda. Sunt enim qui omnibus fere eiusmodi enuntiatis notionem finalem inesse censeant, in quibus est Hartungius (Griech. Part. II, p. 116), qui dicit: „Bei ὥστε steht der Inf., wenn die Folge in demjenigen, was der Hauptsatz enthält, vorbereitet und beabsichtigt ist.“ Contra Klotzius (ad Devar. p. 772 ff.) negat unquam ὥστε consilium significare, cum nil nisi effectum indicet. Ea autem ipsa exempla, quae affert (Thuc. IV, 37. Xen. An. II, 6, 6: πονεῖν, ὥστε πολεμεῖν, all.) finali notione destituta esse vix quisquam concedat. — Plurimi potius medium quiddam tenentes ὥστε c. inf. non semper quidem sed saepius consilium significare statuerunt. (Passow., Lex. s. v. ὥστε. Berger, Griech. Schulgramm. Wilde, de part. ὥστε. Baeumlein, Griech. Part. p. 273. Sed quod B. dicit, tum, cum notio finalis enuntiato insit, plerumque ὡς, raro ὥστε inveniri, quid sibi velit non intelligo.) Kuehnerus autem p. 1005 d. negat talia enuntiata finalibus prorsus paria esse habenda; haec enim re vera finem, illa nil nisi effectum vel consecutionem indicare, ita ut consilium solo sententiarum nexu cognoscatur. Neque tamen his opus est. Ut enim iam infinitivus utrumque, et consilium et consecutionem, significare potest, ita etiam ὥστε c. inf. similiter usurpatur. Certissime id confirmatur ea re quod pro ὥστε particulas finales substituere licet; atque ut illo loco IX 99 (συνεφόρησαν τὰ γέρρα ἕρκος εἶναί σφι) infinitivus idem valet quod ἵνα . . . εἴη, ita loco Xenoph. a Kuehnero ipso allato (Hell. II, 4, 8: ἐβουλήθησαν Ἐλευσῖνα ἐξιδιώσασθαι, ὥστε εἶναι σφίσι καταφυγήν) non dubium est, quin inf. c. ὥστε plane finalis enuntiationis vice fungatur.

Sane, saepius notio finalis inest quidem enuntiationi, nec tamen ita ut altera prorsus pro altera poni possit.

Ex Herodoteis autem locis quarta fere pars consilii notionem continere videtur.

III, 15 ἀπέλαβε ἂν Αἴγ., ὥστε ἐπιτρ. αὐτῆς. 48. συνεπελάβ. τοῦ στρατ., ὥστε γενέσθαι . . . Similiter I, 9. 82 116. IV, 46. 136. VI, 5. VII, 6. 9, 2. VIII, 19. 57 (bis).

De nonnullis dubitari potest, utrum notio finalis insit, necne. I, 98. καὶ τὸ χωρίον συμμαχέει . . ὥστε τοιοῦτο εἶναι.

II, 158. εὖρος ὠρύχθη . . ὥστε . .

IX, 61. ἐπιτιθέαται . . ὥστε μηκέτι δύνασθαι βωθῆσαι.

E quibus duo priores loci non tam consilium quam finem re ipsa positum indicant.

De negatione in hoc enuntiatorum consecutivorum genere usurpata nihil commemorandum est, quoniam Herod. usus a ceteris scriptoribus non abhorret. Ubique enim particulae ὥστε c. inf. iunctae in negativa sententia μή additur.

III, 105. εἶναι . . οὐδενὶ ὁμοῖον, οὕτω ὥστε, εἰ μὴ προλαμβάνειν τοὺς Ἰνδοὺς . . οὐδένα ἂν σφεων ἀποσώζεσθαι. (Part. ἄν apud Herod. nullo alio eiusmodi loco exstat.)

IV, 184. ὑψηλὸν οὕτω λέγεται εἶναι, ὡς οὐκ οἷά τε εἶναι . .

His duobus locis οὐ scriptorem propter orat. obl. posuisse apparet.

---

b) De consecutione verbo finito expressa.

1. Omissa part. ὥστε.

Iam supra locos haud paucos enumeravimus, in quibus consecutio, quamquam infinitivo expressa est, tamen magis absolute et quasi per se posita esse videbatur. Hoc multo magis tum fit, cum enuntiatio consecutiva verbo finito indicatur.

Nec solum ipsis consecutivis enuntiatis, sed etiam sententiis primariis alteri sententiae additis ea notio nonnunquam inest. Paratacticum enim, quod dicitur, genus loquendi omnibus hypotacticis formis antiquius esse nemo hodie negat, quam rem Homericis exemplis illustrare longum est. Nunc de Herodoto impri mis disputandum est. Nec desunt loci, in quibus sententii primaris, vel addita aliqua particula vel omissa, vis consecutiva inesse videatur.

III, 12. αἱ δὲ τῶν Αἰγυπτίων (κεφαλαὶ) οὕτω δή τι ἰσχυραί, μόγις ἂν λίθῳ παίσας διαρρήξειας.

τε.

I, 87. καὶ ὗσαι ὕδατι λαβροτάτῳ, κατασβεσθῆναί τε τὴν πυρήν.

VIII, 136. κατήλπιζε εὐπετέως τῆς θαλάσσης κρατήσειν, πεζῇ τε

ἐδόκεε πολλὸν εἶναι κρέσσων. οὕτω τε ἐλογίζετο κατύπερθέ οἱ τὰ πρήγματα ἔσεσθαι τῶν Ἑλληνικῶν.

IX, 87. *κάρτα τε ἔδοξε εὖ λέγειν καὶ ἐς καιρόν, αὐτίκα τε ἐπεκηρυκεύοντο πρὸς Παυσανίην.*

δέ.

I, 108. *ἐδόκεε δέ οἱ φῦναι ἄμπελον, τὴν δὲ ἐπισχεῖν τὴν Ἀσίην πᾶσαν.*

V, 81. *ποιεῦντες δὲ ταῦτα μεγάλως Ἀθ. ἐσίνοντο.*

VI, 125. *ἕλκων μὲν μόγις τοὺς κοθόρνους .. παντὶ δέ τεῳ οἰκὼς μᾶλλον ἢ ἀνθρώπῳ.*

καί.

II, 137. *ἐπιτάσσοντα χώματα χοῦν . . καὶ οὕτω ἔτι αἱ πόλιες ἐγένοντο ὑψηλότεραι.*

148. *τὰ μετέωρα τῶν οἰκημάτων αὐτοί τε ὡρέομεν διεξιόντες καὶ αὐτοὶ θησάμενοι λέγομεν.*

III, 26. *θῖνας ψάμμου καταχῶσαί σφεας, καὶ τρόπῳ τοιούτῳ ἀφανισθῆναι.*

142. *ἐμοὶ σκῆπτρον καὶ δύναμις πᾶσα ἐπιτέτραπται, καί μοι παρέχει νῦν ὑμέων ἄρχειν.*

157. *πάντα δὴ ἦν ἐν τοῖσι Βαβυλ. Ζώπυρος, καὶ στρατάρχης τε οὗτός σφι καὶ τειχοφύλαξ ἀπεδέδεκτο.*

V, 1. *ἐπιχειρέουσι οἱ Παίονες, καὶ πολλόν τε ἐκράτησαν καὶ ἔλιπόν σφεων ὀλίγους.*

οὕτω.

(II, 134 et 142 = ergó, folglich).

III, 6. *οὕτω ὁ ἐπιφοιτέων* etc.

IV, 49. *Ἄγγρος ποτ. ἐσβάλλει ἐς πεδίον καὶ ἐς ποτ. Βρόγγον, ὁ δὲ Βρ. ἐς τὸν Ἴστρον· οὕτω ἀμφοτέρους ὁ Ἴστρος δέκεται.*

καὶ οὕτω.

V, 36. *πολλὰς εἶχε ἐλπίδας ἐπικρατήσειν τῆς θαλάσσης, καὶ οὕτω αὐτούς τε ἕξειν χρήμασι χρῆσθαι καὶ τοὺς πολεμίους οὐ συλήσειν αὐτά.* 54.

οὕτω δή.

IX, 22. *τύπτοντες ἐποίευν οὐδέν, πρίν γε δὴ μαθών τις παίει μιν ἐς τὸν ὀφθαλμόν. οὕτω δὴ ἔπεσέ τε καὶ ἀπέθανε.*

2. ὥστε c. verbo finito.

Haud ita longe ab his exemplis ea enuntiata consecutiva distant, in quibus part. ὥστε c. verbo fin. iuncta est. Hanc enim particulam initio vim demonstrativam habuisse censemus, quoniam omnino pronomina et adverbia relativa apud Graecos e demonstrativis orta esse satis constat; plurimisque locis part. ὥστε facillime verti potest „und so, daher."

Ac primum quidem de locis Homericis videamus.

α, 227. . . ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γ' ἐστίν.
ὥς τέ μοι ὑβρίζοντες ὑπερφιάλως δοκέουσιν
δαίνυσθαι κατὰ δῶμα . . (Dindorf.)

Ita recte verba a Bekkero distincta sunt. Crusius, duabus sententiis iunctis, vertit: „Danach zu urtheilen, wie . ." Sed huic interpretationi verba μοι δοκέουσιν obstant, quae in comparatione minus locum habent. Itaque rectius a Kuehnero et aliis notio consecutiva his verbis tribuitur, et ὥστε eodem fere modo dictum est atque locis antea relatis καὶ οὕτω.

γ, 246. τρὶς γάρ δή μίν φασιν ἀνάξασθαι γένε' ἀνδρῶν,
ὥστε μοι ἀθάνατος ἰνδάλλεται εἰσοράασθαι.

Bekk. delet vv. 244—46. Crusius etiam hic vertit „wie", part. ὥστε cum ἀθάνατος iungendum esse ratus. Lehrsius hanc sententiam exclamationis loco positam esse censet, quamquam similia nusquam, quantum scio, reperiuntur. Itaque etiam huic loco notio consecutiva vindicanda est: „und so scheint er göttlich von Ansehn."

Crusius ad hunc locum etiam tertium commemorat, ζ, 122:

ὤ μοι ἐγώ, τέων αὖτε βροτῶν ἐς γαῖαν ἱκάνω;
ἦ ῥ' οἵγ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι,
ἦε φιλόξεινοι, καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής;
ὥστε με κουράων ἀμφήλυθε θῆλυς ἀϋτή.

Hic tamen particulae ὥστε vim comparativam inesse facile apparet, quod e sequentibus verbis intelligimus, comparare tantum Ulixem vocem auditam cum Nympharum confabulatione. Etiam simplex ὥς (Dind. ὡς) eodem sensu saepius legitur.

β, 137. . . νέμεσις δέ μοι ἐξ ἀνθρώπων
ἔσσεται · ὡς οὐ τοῦτον ἐγώ ποτε μῦθον ἐνίψω.

cf. δ, 93. ι, 306. ω, 93.

Plurimis locis ὥστε et ὡς vim comparativam habere constat. Nil tamen impedit quominus etiam de antiquiore demonstrativa notione vestigia in Homericis carminibus servata esse credamus. Qua in re commemorare liceat, etiam part. ἵνα, cum semper significet „ubi, quo", semel tamen antiquiorem notionem „eo" praebere (*K*, 127).

Apud antiquiores scriptores ὥστε c. v. fin. rarius inveniri mirum non est, quoniam infinitivus ad consecutionem significandam sufficiebat maximeque in usu erat. Exstat ὥστε (ὡς) c. verb. finito

Theogn. 264.

ψυχρόν μοι παρὰ τῇδε φίλοι πίνουσι τοκῆες,
ὥσθ' ἅμα θ'ὑδρεύει, καί με γοῶσα φέρει·

Quamvis enim incerta sit lectio, tamen non dubium est, quin ὥστε c. ind. hoc loco positum sit.

Hippon. fr. 35. (Bergk p. 762.)

κατέφαγε δὴ τὸν κλῆρον· ὥστε χρὴ σκάπτειν
πέτρας ὀρείας . .

Aeschylus ὥστε nunquam, sed tribus locis ὡς c. ind. iunxit. (Dindorf, Lex. Aesch.) Pindarus semper infinitivo usus est.

Illud igitur in dubium vocari non potest, iam ab antiquioribus scriptoribus part. ὥστε c. ind. usurpatam fuisse. Neque nos movet, quod Kuehnerus, ut hanc structuram posteriore aetate ortam demonstret, ita loquitur p. 1001, 2: „In den Homerischen und Hesiodischen Gedichten finden sich nur wenige Stellen, in denen ὥστε auf diese Weise gebraucht vorkommt, und zwar nur zwei in Verbindung mit dem Indikativ, die übrigen mit dem Inf." At ne de altera quidem structura apud Homerum plus duo exempla inveniuntur.

Iam videamus, quae apud Herodotum exstent.

ὥστε quinquaginta sex locis legitur, ὡς septem, quorum duo in dubium vocari possunt. A Brandtio nonnisi hi tres loci allati sunt.:

II, 135. *οὕτω δή τι κλεινὴ ἐγένετο, ὡς καὶ πάντες οἱ Ἕλληνες το οὔνομα ἐξέμαθον.*

VII, 11. *κατεστρέψατο οὕτω, ὡς καὶ ἐς τόδε.. ἐπώνυμοι.. καλέονται.*

VIII, 99. *ἔτερψε οὕτω δή τι Περσέων τοὺς ὑπολειφθέντας, ὡς τάς τε ὁδοὺς μυρσίνῃσι ἐστόρεσαν.*

Certe tamen addenda sunt haec exempla:

I, 163. *τούτῳ προσφιλέες οἱ Φ. οὕτω δή τι ἐγένοντο, ὡς τὰ μὲν πρῶτα ἐκέλευε . . μετὰ δὲ . . ἐδίδου.*

119. *οὐκ οὕτω μέγα τί οἱ δώσεις, ὥς μιν λάμψεαι.*

Dubitari potest de his duobus:

II, 111. *τοῦ ποταμοῦ κατελθόντος μέγιστα, ὡς ὑπερέβαλε τὰς ἀρούρας, πνεύματος ἐμπεσόντος κυματίης ὁ ποταμὸς ἐγένετο.* His enim verbis etiam notio temporalis inesse potest (= cum inundaret agros). Tum vero, ut mihi videtur, non *ὡς* c. v. fin. sed potius alterum participium priori adiungere magis consentaneum fuit. Similiter iudicandum est de IV, 124. *ἀφανισθέντων δὲ τούτων, ὡς οὐκέτι ἐφαντάζοντό σφι, οὕτω δὴ ὁ Δαρεῖος . .*

De tertio loco II, 43 hodie nihil iam attinet loqui. Nam quod olim legebatur *ὡς ἔλπομαί τε καὶ ἐμὴ γνώμη αἱρέει, ὥστε τούτων . .*, a recentioribus editoribus ita mutatum est, ut verba *ὡς . . αἱρέει* ad antecedentem sententiam trahantur. Tum vero *ὥστε . . ἂν ἐξηπιστέατο* prorsus primariae sententiae vice funguntur, quod cum demonstrativa eius particulae notione bene consentit.

Ac primum quidem omnes eius modi loci afferantur, quibus verba particulam *ὥστε* sequentia primariae sententiae vim exhibent

ὥστε = itaque.

I, 75. . . . *ἐς τὰ ἀρχαῖα ἐσβάλλοι· ὥστε, ἐπείτε καὶ ἐρχίσθη τάχιστα ὁ ποταμὸς, ἀμφοτέρῃ διαβατὸς ἐγένετο.*

105. *ἐνέσκηψε ἡ θεὸς θήλεαν νοῦσον. ὥστε ἅμα λέγουσι . .*

II, 19. *ὀπίσω ἀπέρχεται ἀπολείπων τὸ ῥέεθρον· ὥστε βραχὺς τὸν χειμῶνα ἅπαντα διατελέει ἐών.*

Similiter II, 22. III, 59. 159. IV, 42. 152. 199. VII, 9. 170. 187. 190. 191.

VII, 233. *καὶ ἀναίτιοι εἶεν τοῦ τρώματος τοῦ γεγονότος βασιλέι ὥστε ταῦτα λέγοντες περιεγίνοντο.* (Abicht. *ὥστε* c. partic. iungit.

quod mihi, deficiente particula copulativa, minus aptum esse videtur.)

VIII, 140. 143. IX, 11. 42 (bis) 80. 122.

οὕτο ὥστε:

I, 96. *ἔπαινον εἶχε οὐκ ὀλίγον, οὕτω ὥστε πυνθανόμενοι ἐφοίτεον παρὰ τὸν Δηϊόκεα.*

III, 57. *μάλιστα ἐπλούτεον, ἅτε ἐόντων αὐτοῖσι μετάλλων, οὕτω ὥστε ἀπὸ τῆς δεκάτης θησαυρὸς ἐν Δελφοῖσι ἀνακέεται.*

104. *καίει τὴν Ἑλλάδα, οὕτω ὥστε λόγος ἐστὶ . . .*

IX, 67. 118. *οἱ δ'ἐν τῷ τείχεϊ ἐς πᾶν ἤδη κακοῦ ἀπιγμ. ἦσαν, οὕτω ὥστε τοὺς τόνους ἕψοντες τῶν κλινέων ἐσιτέοντο.*

Talibus locis certe demonstrativa particulae notio clare perspicitur. Kuehnerus quidem (similiter Herzog l. c., Wisén, de vi et usu part. *ὡς* apud Thucyd. Diss. Lund, 1862) nil nisi comparativam vim ei tribuit; „*ὥστε* und *ὡς* bedeuten nichts Anderes als w i e oder a l s, indem sie das Verhältniss angeben, w i e die im Nebensatz ausgedrückte Wirkung oder Folge zu der im Hauptsatz ausgedrückten Ursache stehen.“ Quod cum antiquissimorum scriptorum simplicitate parum mihi consentire videtur. Nec minus dura est interpretatio locorum, quibus *ὥστε* c. inf. iunctum est. Ita *ὥστε* post v. accidendi Kuehn. p. 583 A. 11 interpretatur: „Es ereignet sich etwas von der Art, dass . . .“ At licet infinitivo cum *ὥστε* talis notio insit, num etiam *ὥστε* c. ind. vel imperativo hoc modo explicari potest? Quin etiam sententiae interrogativae interdum a part. *ὥστε* incipiunt, (Passow s. v. *ὥστε*, II, 2) in quibus comparativam quandam notionem animo scriptoris obversatam esse nemo contenderit.

Sane, non omnibus locis vis primariae sententiae continetur. Saepissime enim, sicut in altera structura, qua infinitivus usurpatur, iam in sententia antecedente p r o n o m e n a u t a d v e r b i u m d e m o n s t r a t i v u m invenitur. Loci Herodotei hi sunt:

I, 32. *ἡ δὲ ἡμετέρη εὐδαιμονίη οὕτω τοι ἀπέρριπται ἐς τὸ μηδὲν, ὥστε . . .*

98. *μεμηχάνηται δὲ οὕτω, ὥστε . .*

185. *τὸν Εὐφρήτην οὕτω δή τι ἐποίησε σκολιὸν, ὥστη δὴ . . .*

193. τὸν δὲ τῆς Δήμητρος καρπὸν ὧδε ἀγαθὴ ἐκφέρειν ἐστὶ, ὥστε . . ἀποδιδοῖ.

II. 120. οὐ γὰρ δὴ οὕτω γε φρενοβλαβὴς ἦν ὁ Πρίαμος οὐδὲ οἱ ἄλλοι . ., ὥστε κινδυνεύειν ἐβούλοντο.

Similiter III, 12. 36. 50. IV, 75. 159. VI, 83. 120. VII, 16, 174. VIII, 56. 99.

Iam supra locus commemoratus est, quo, in primaria sententia οὕτω praecedente, tamen altera sententia primaria, non secundaria sequitur.

III, 12. αἱ δὲ τῶν Αἰγ. κεφαλαὶ οὕτω δή τι ἰσχυραὶ, μόγις ἂν . . διαρρήξειας.

Cui adiiciendus est alter, III, 108: οὕτω δή τι πολύγονόν ἐστι· ἐπικυΐσκεται μοῦνον πάντων θηρίων. Ita vero antiquiore linguae aetate, cum magis paratacticum quam hypotacticum genus dicendi in usu esset, facile etiam dici poterat (IV, 159): „So gingen sie zu Grunde, und so kehrten nur wenige zurück.“

Quomodo vero fieri potuit, ut part. ὥστε c. inf. iungeretur?

Atque ut omittamus, quod Reiskius proposuit, ante ὥστε infinitivum γίγνεσθαι esse supplendum, primum eam sententiam videamus, quam Jolly l. c. p. 220 paucissimis verbis protulit. Qui censet, part. ὥστε, ὡς (itemque alias eiusmodi), cum initio adverbia fuerint, postea praepositiones non minus quam coniunctiones fieri potuisse; itaque cum verbo finito coniunctiones, cum infinitivo praepositiones eas esse (frz. de, deutsch zu). Nusquam tamen ὥστε praepositionis loco fungitur, neque praetermittendum est, nullo loco post illas particulas infinitivum cum articulo inveniri, cuius usus, cum apud antiquiores scriptores minus exstaret, postea tamen eo latius patebat.

Neque magis probandam esse eorum sententiam, qui, ut Kuehnerus, comparativam notionem particulae ὥστε etiam in omnibus consecutivis enuntiationibus retinendam esse putant, iam supra demonstratum est.

Itaque rectius mihi videtur statuere, particulam ὥστε, initio primarias sententias incipientem, postea, ubi consecu-

tivarum sententiarum propria iam esset facta, etiam infinitivis, terminum vel consecutionem, nonnunquam etiam consilium indicantibus, appositam esse, quod iam Homerica aetate usitatum fuisse loci supra commemorati docent. Similiter G. Hermannum de hac re sensisse ea confirmant, quae dicit de Ellipsi et Pleon. in Gr. lingua (Wolf, Mus. ant. stud. I, p. 191 seqqu.), has constructiones duarum locutionum coniunctione natas esse. Eo tamen dissentimus, quod etiam Herm. in his structuris comparativam notionem particulae ὥστε tribuit.

Neque negligendum esse censeo, etiam ante inf. demonstrativam notionem part. ὥστε haud ita alienam esse; facile enim intelligimus dici potuisse Hom. I, 43: „Wenn dein Sinn dahin gerichtet ist, so zurückzukehren." Quare prius ὥστε c. verbo fin., et tum demum ὥστε c. inf. usitatum fuisse puto; ac tum quidem non mirum est, quod apud posteriores scriptores ipsa structura particulae ὥστε c. inf. multo latius patet. Ita e locis Thucyd. a Wildio diligenter collectis facile cognoscimus, apud hunc scriptorem etiam ampliorem numerum verborum, quae ὥστε c. inf. sequitur, inveniri, quam apud Herodotum ceterosque antiquiores scriptores. Ita Herodotus varia verba decernendi vel paciscendi cum solo infinitivo, perpauca cum part. ὥστε iungit, cum apud Thucyd. multa eius generis exempla exstent.

Denique etiam hoc quaeritur, quid intersit inter has duas constructiones.

Atque Matthiaeus quidem omnino nihil, quod intersit, reperire se posse professus est. Postea complures viri doctissimi (Hartung. Klotz.) primum id recte statuerunt, ὥστε c. inf. nil nisi supplementum praecedentis cogitationis eique subiectum esse, ὥστε c. v. fin. consecutionem vel effectum sententia iam per se valente exprimere. Quare non mirandum est, eas enuntiationes, quae verbo finito expressae sunt, saepe maiore ambitu esse latiusque patere quam eas, quae ὥστε c. inf. habent.

In his ne subiectum quidem proprium plerumque exstat, cum altera structura suo subiecto utatur; illud enim ad infinitivi naturam, hoc ad paratacticum genus dicendi aptum et accommo-

datum est. (Dubium esse potest, utrum II, 71 ἀκόντια subj. an obj. sit. Facile enim ποιέεσθαι mediali sensu dictum esse potest.)

Sed si de ipso sensu horum enuntiatorum agitur, primum notio finalis respicienda videtur. Atque infinitivo, vel omissa vel addita particula, saepius notionem finalem inesse iam supra demonstratum est; verbo finito tamen nunquam consilium significari constat. Apud Herodotum unus tantum locus est, de quo dubitari potest. Namque III, 36, ubi de Cambysis servis Croesum necare iussis scriptor loquitur, verba haec sunt: ἐπὶ τῷδε τῷ λόγῳ, ὥστε .. εἰ μὲν μεταμελήσει τῷ Καμβύσῃ, δῶρα λάμψονται, ἢν δὲ μὴ μεταμέληται . . . τότε καταχρᾶσθαι. Kuehnerus hunc locum iis exemplis adiungit, in quibus ὥστε idem est quod „ea conditione, ut". quod probari non potest. Neque enim conditionis significatio in eo loco inest, sed, ut Abichtius recte interpretatur, haec est verborum sententia: „indem sie auf die Weise calculierten, dass . .", quocum consentit Passowii versio (Lex. s. v. λόγος): „in der Voraussetzung, dass sie empfangen würden."

Tum vero id maxime quaeritur, verumne sit, quod viri docti contendunt, altera structura id, quod vere factum sit, altera quod fieri tantum possit, contineri.

Ita quidem Kuehnerus et Kochius (Griech. Gr.) interpretantur Kuehn. enim de ὥστε c. inf. hanc sententiam profert § 584, 1:

„Die Folge ist eine bloss ideelle, bloss in der Vorstellung befindliche, nicht objectiv in der Wirklichkeit gegebene"; et postea § 586, 6, 3, ubi de indicativo agitur: „Der Ind. steht, wenn die Folge als eine wirklich stattfindende ausgesprochen wird, daher bei Angabe von wirklichen, in einer bestimmten Zeit stattfindenden Ereignissen."

Alii vero, in quibus Passowius (Lex. s. v. ὥστε) et Wildius l. c., mediam quandam viam sequuntur. Quorum ille non negat, indicativo res vere factas contineri, non tamen prorsus eas ab altera structura excludit, dicens etiam infinitivo rem vere factam tum exprimi, cum summum pondus in sententia primaria positum, consecutio minoris putanda sit. Quae regula haud scio an nunquam exemplis satis confirmari possit. Comparantes enim hos duos locos

IV, 160. *ἐνίκησαν τοσοῦτο, ὥστε ἑπτακισχιλίους πεσέειν* et IX, 67. *μαχεόμενοί τε καὶ ἐθελοκακέοντες, οὕτω ὥστε τριηκόσιοι αὐτῶν ἔπεσον*, utroque eandem fere sententiam expressam videmus, neque tamen infinitivo minus ponderis quam indicativo tribuere licebit.

Illud nemo negaverit, infinitivo rem vere factam saepissime significari. Perlustrantes enim locos Herodoteos, quos supra attulimus, duabus partibus omnium exemplorum res vere factas, una tantum cogitatas contineri intelligimus; e quibus illae ita distribui possunt, ut viginti fere locis unum aliquod factum, totidemque magis universa rerum conditio, quae evenit („allgemeine Zustände") exprimatur.

Atque etiam ea indicativi exempla, quibus facta significantur (res cogitatae paucissimis tantum locis occurrunt), eodem modo numeroque distributa reperiuntur.

Non multis opus erit exemplis.

ὥστε (ὡς) c. inf.

I. Res vere gestae.

a) Unum aliquod factum.

VI, 18. *ἠνδραποδίσαντο τὴν πόλιν, ὥστε συμπεσεῖν τὸ πάθος τῷ χρηστηρίῳ.*

VIII, 52. *ὁλοιτρόχους ἀπίεσαν· ὥστε Ξέρξεα ἀπορίῃσι ἐνέχεσθαι.* 96. IX, 37.

b) Universa rerum conditio.

I, 98. *καὶ τὸ χωρίον συμμαχέει, ὥστε τοιοῦτο εἶναι.* II, 12. 158.

VII, 175. *ταῦτα γὰρ ἀγχοῦ τε ἀλλήλων ἐστὶ, ὥστε πυνθάνεσθαι τὰ κατὰ ἑκατέρους ἐόντα . .* Hic locus, cum verti possit „dass man versteht", nec minus „dass man verstehen kann", demonstrat, non semper dilucide apparere, utrum res vere facta an cogitata tantum vel ea, quae fieri possit, infinitivo significetur, quod primariae eius naturae omnino terminum indicanti consentaneum est.

II. Res cogitatae.

Huc referendi sunt et omnes ii loci, quibus notionem finalem inesse iam supra demonstratum est, et ii, quibus *ὡς* c. inf. occurrit. (III, 146. IV, 184. II, 7. 135. VII, 24.)

ὥςτε (ὡς) c. ind.

I. a)

I, 96. *ἔπαινον εἶχε* etc. 32. 75.

III, 50. *ὁ δὲ νεώτερος ἤλγησε ἀκούσας οὕτω, ὥστε ἀπικόμενος ἐς τὴν Κόρινθον τὸν πατέρα οὔτε προσεῖπε . . .*

57. IV, 42. *θερίσαντες δ' ἂν τὸν σῖτον ἔπλεον · ὥστε ἀπίκοντο ἐς Αἴγυπτον.*

VI, 27. *ἐνέπεσε ἡ στέγη, ὥστ' ἀπ' ἑκατὸν καὶ εἴκοσι παίδων εἷς μοῦνος ἀπέφυγε.* 120. VII, 118. 170. 191. 233. VIII, 56. 99. IX, 11. 42. 67. 118. 122.

b)

I, 98. 185. 193. II, 19. 87. *ἡ δὲ ἔχει τοσαύτην δύναμιν, ὥστε ἅμα ἑωυτῇ τὴν νηδὺν ἐξάγει.* III, 104. 152. 159. 199. V, 16. VI, 83. VII, 9. 174. 190. VIII, 29. IX, 80.

Loci in quibus *ὡς* exstat, supra relati sunt (a: I, 163. II, 111. 135. VIII, 99. — b: VII, 11.)

Huc referam etiam quaedam exempla, quibus, cum futurum in iis usurpatum sit, magis rem cogitatam, non vere factam contineri quispiam putaverit. Sensus autem est: „Causa talis est, ut certe aliquid eventurum sit"; quare priori classi ea adiicere non dubitamus.

I, 155. *καὶ ταχέως σφέας γυναῖκας ἀντ' ἀνδρῶν ὄψεαι γεγονότας, ὥστε οὐδὲν δεινοί τοι ἔσονται.*

III, 12. *αἱ κεφαλαί εἰσι . ἀσθενέες οὕτω, ὥστε . . διατετρανέεις.*

VIII, 140. *πυνθάνεσθε δὲ καὶ τὴν νῦν παρ' ἐμοὶ ἐοῦσαν δύναμιν, ὥστε . . ἄλλη παρέσται.*

II. Aperte cogitatum („ideelle Folge") his duobus locis inest:

II, 120. *οὐ γὰρ οὕτω . . ἦν . . ὥστε κινδυνεύειν ἐβούλοντο.*

VII, 16. *οὐ γὰρ δὴ ἐς τοσ. . . . ἀνήκει τοῦτο, ὥστε δόξει . .*

Notandum vero est, in utroque loco sententiam primariam negativam esse eoque maxime effici, ut id, quod sequitur, quod ad formam enuntiati attinet, cogitatum, non vere factum appareat. („Das Traumbild ist derartig, dass es sicherlich nicht glauben wird. .") Unde sequitur, part. *ὥστε* c. ind. nunquam meram cogitationem, sed semper rem vere factam vel quae tanquam vere eventura animo scriptoris obversetur, significari. Neque e Thucyd. locis, quos Wildius l. c. plurimos enumeravit, vel unum invenimus, quo *ὥστε* c. ind. cogitatum aliquid indicet.

Addimus eos locos, quibus ind. aut opt. cum part. *ἄν* inveniuntur. Iam apud Hom. simile quid exstat I, 444.

ὣς ἂν ἔπειτ' ἀπὸ σεῖο, φίλον τέκος, οὐκ ἐθέλοιμι λείπεσθ' . .

Her. Ind. c. *ἄν* (hoc sensu: itaque, si verum esset, quod antecedit, hoc eveniret; non tamen verum est.)

II, 22. *ὥστε, εἰ ἐχιόνιζε, ὗετο ἄν.*

43. *ὥστε ἂν τὰ οὐνόματα ἐξηπιστέατο.*

Opt. c. *ἄν* (= itaque, si quid aliud accideret, facile fieri possit, ut aliqua res efficiatur.)

II, 16. *τοῦ Δέλτα δὲ τούτου κατὰ τὸ ὀξὺ περιρρήγνυται ὁ Νεῖλος, ὥστε . . γένοιτ' ἄν.*

173. *εἰ γὰρ δὴ τὸν πάντα χρόνον ἐντεταμένα εἴη, ἐκραγείη ἄν· ὥστε ἐς τὸ δέον οὐκ ἂν ἔχοιεν αὐτοῖσι χρῆσθαι.*

IV, 75. *ἀτμίδα παρέχεται τοσ., ὥστε οὐδεμία ἄν μιν πυρίη ἀποκρατήσειε.*

Nulla interpretatione tales loci egent, cum primariis sententiis prorsus pares habendi sint.

VITA.

Natus sum Frid. Theodorus Rudloff a. d. VI. Cal. Sept. 1844 Bitterfeldii, patre Friderico, matre Bertha e gente Bueckardt, quam adhuc vivam summa cum pietate colo. Cum primis literarum rudimentis in orphanotropheo Halensi imbutus essem, inde ab a. 1853 gymnasium Erfurtense frequentavi, ubi auspiciis Schoeleri, viri humanissimi per undecim annos ad literas incubui. Deinde maturitatis quod dicitur testimonio ornatus cum in universitatis Jenensis civium numerum receptus essem, per quatuor semestria scholis clarissimorum virorum, Goettling, Nipperdey, Schleicher, K. Fischer interfui. Tum Halas me contuli, ut studia mea continuarem, ibique per tria semestria disserentes audivi viros ill. Bernhardy, Bergk, Erdmann, Pott, Zacher; etiam seminarii philologici et societatis a Bergkio institutae exercitationibus interesse mihi licuit. — Sed cum examen quod dicitur pro facultate docendi a. 1869 coram collegio Halensi sustinuissem, iam animus maximo desiderio est impulsus ad summos in philosophiae honores adipiscendos; qui spero fore ut ex auctoritate amplissimi philos. ord. in me conferantur.

AUG 1 - '68 H
CANCELLED
2056 511

Gh 44.478
Observationes in orationem Herodote
Widener Library 006488057
3 2044 085 121 531